



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titulus XII. De Scrutinio in ordine faciendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

nec valebunt, si à Vicario generali concessæ fuerint, prævi
nisi speciale desi per mandatum habuerit; cùm ejus Iride
potestas & Jurisdictio eò se non extendat. *quaratus*
sum. bull. pag. 484.

TITULUS XII.

De

Scrutinio in ordine faciendo.

QUÆRES 1. Quid sit scrutinium? R. Quod
sit examen ordinationi præmitti solitum, ad explo-
randum habeatne ordinandus, qualitates, ad su-
scipiendos ordines necessarias. Cum enim, ut præce-
dente titulo dictum, ad ordines sacros promoven-
di non sint, nisi qui qualitates à jure requisitas ha-
bent; hinc ordinationem præcedere debet ex-
amen ut sciri possit, an ordinandi digni sint, na-
ne. *Trident. sess. 23. cap. 7. de refor.* & *Clem. V 111. in
bullâ quæ incipit, Romanum Pontificem.*

QUÆRES 2. Quotuplex sit scrutinium?
Resp. Triplic. Primum debet fieri per mensem an-
te ordinationem, vel ab Episcopo, vel ab alio quem
ad faciendum examen denominaverit, prout no-
visimè statuit. *Trid. sess. 23. cap. 5. de reform.* Verum
hæc dispositio Concilij in Germaniâ usu recepta
non est. Secundum sit feriâ quartâ vel aliâ die or-
dinationem proximè præcedente, & instituitur su-
per omnibus qualitatibus superius recensitis, ma-
ximè verò super honestate vitæ & doctrinâ necessa-
riâ. *Trident. cit. sess. 23. cap. 7. cui scrutinio omnes*
etiam regulares; quibuscumque privilegiis gaudie-
ant, subjiciuntur, ita ut ordinari nequeant, nisi
prævio

rint, prævio Examine ab Episcopo judicentur digni.
 eju Trident. sess. eit. cap. 12. Examen hoc non obiter
 rati sed rigorosissimè Institui deberet, sic enim eccle-
 sia tot male moratos & criminosos Clericos non
 nutriret, & plures qui quandoque titulo ignoran-
 tiæ ordinantur, à sacris ordinibus metu scruti-
 nii abstinerent; vanum enim est multiplicare
 gentem, & non magnificare lætitiam. Tertium
 fit in ipsâ ordinatione, interrogante Episcopo
 an ordinandi digni sint? Archidiacono Respon-
 dente, se, quantum humana fragilitas nosse sinit,
 scire & testificari illos esse dignos, hoc autem ex-
 amen ceremoniale est & pro formâ tantum.

QUÆRES 3. Quæ sit pœna eorum, qui
 subter fugientes scrutinium ordines suscipiunt? Re-
 spond. Si ignoti fuerint, pœnam depositionis in-
 currunt, sive digni fuerint, sive indigni. can. fin. dist.
 24. Similiter & si noti, indigni tamen fuerint, se-
 cus si reperiantur digni. can. 4. dist. 81. Qui canon
 desumptus est ex Concilio Niceno cap. 9. Hodie
 verò cum in ipsâ ordinatione semper moneantur
 ordinandi, ut nullus sub pœnâ excommunicatio-
 nis præsumat accedere, qui non fuerit pævio ex-
 amine approbatus, contravenientes suspensionem in-
 currunt Papæ reservatam. cap. 1. Et 3. de eo quod
 ord. furt. suscep.



F A

T I T U